UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Quinquagesimum quintum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

Quos omnes in gratiam veteres familias inueſtigantium enumeraui. A

B. CATHARINA DE HVCKESWAGEN.

Ex alijs relatu dignis in Greuerode extat vita venerabilis Virginis Catharinæ de Huckeſvvagen, quæ trecentis abhinc annis floruit, cuius vita alias publicum aſpiciet. Haud prætereunda eſt reformatio monaſterio circa annum milleſimum B quadringenteſimum ſeptuageſimum primum, efflagitatu Gerhardi Ducis & Sophię vxoris à Roberto Bauaro Archiepiſcopo Coloniēſi introducta, per Adamum S. Martini Abbatem, Thomam Wail Colonienſem, & Ioannem Mangelman Noueſienſem Priores, cōſpirantibus cum illis Domina Catharina de Neſſelrode Ma- C giſtra, & Wintrude de Oxheim, Catharina de Binsfeldt, alijſque ſororibus. Hoc tempore etiam aperta fuit hierotheca incluſam ſeruans dictam B. M. V. imaginem. Hæc ſufficiant de Greuenrode.

Caput Quinquageſimum quintum.

De muliere paupercula per eum illuminata. D

Reſtitutio cæcæ.

PEr id tempus etiam mulier paupercula, quinque annos cæca, eodem loco orans cum lachrymis & humi proſtrata, lumen gratulabunda recepit.

Notatio ad Caput Quinquageſimum quintum.

Cæſaris Inſula.

MAnuſcripti aſſerunt hanc mulierem Werdenſem iuxta Rhenum, id eſt, ex Cæſaris Inſulâ oriundam, vbi

B.Svvi-

B. Svviberti viget Collegium. Claudunt hoc caput manu-
A ſcripti his verbis: *Quæ in vocem exultationis mox erumpens, Dei magnalia & B. Martyris merita prædicare cæpit, & cum multa feſtinatione Svvelm perueniens, tribus ſacerdotibus, Adolpho ſcilicet de Vorda* (eſt pagus iuxta Svvelmam) *Bertholpo Plebano de Svvelme, atque Euerhardo ſocio eius, vnique Subdiacono gratiam circa ſe factam declarauit.* Vorda.

Caput Quinquageſimum ſextum.

B

De Paralytico per viſionem ab eo curato.

ANNO Chriſti milleſimo ducenteſimo viceſimoquinto, qui fuit pontificatus Engelberti annus decimus, vitæ verò quadrageſimus, & cædis primus, apud pagum Swelme fuit quidam paralyſi admodùm afflictus. Is poſt multas calamitates perductus eſt ad locum hunc, in quo ſæuitum eſt in martyrem, atque in ipſa paraſceue nocte intempeſta orans, vidit beatum præſulem tanquam viuum pontificalibus indutum, inſtar ſolis fulgentem, cum duobus viris clariſſimis, qui C & ipſi magno veſtium ornatu conſpicui erant, ad eundem aduentare locum, eoſque pariter illum circumire, indicare ſpatia, in quibus conſtruendum ſit monaſterium, deinde ſimul diſparere. Eius viſionis tantus fuit effectus, vt paralyticus ſe ſentiret Beati ENGELBERTI meritis curatum.

Viſionis miræ effectus.

Monaſterium S. Engelberti in Geuelsberg cæliitus delineatur.

Notatio ad Caput Quinquageſimum ſextum.

D QVæ hoc capite referuntur, ex veteri Colonienſis Eccleſiæ vſu inchoandi annos Chriſti à Paſchate, biduo initium noui anni Colonienſis anteceſſerunt, & iuxta Romanam ſupputationem acciderunt, die 17. April. anno 1226. in quam tunc paraſceue incidebat.

Æra Colonienſis, quæ,

Caput Quinquageſimum ſeptimum.

De veterano, qui gloriæ Martyris inuiderat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN